



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Fugere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

342 F R V C T V S. F V G A.

F O E T V S : vide Aborsus.

F O R N I C A T I O : vide Adulterium, & Luxuria.

F R A V S ; vide , Dolus.

F R V C T V S.

Fructus rei alienæ fructuosæ restituendi sunt, habita tamen ratione bona vel mala fidei. Si vero res non sit fructuosa, non est restituendum quod industriâ possidentis lucratum est. Fructus autem dicitur *id quod remanet deductis expensis.* cap. x7.n.25.

Qui recipiens alienam rem ad vendendum pretiosiorem reddit, cum ad id non tenetur, potest excessum sibi retinere. c. 17.n. 99.

Fructus ut dicantur Ecclesiastici, non sufficit quod pertineant ad personas Ecclesiasticas. c. 27.n. 69. de fructibus beneficiorum videlicet beneficium.

F V G E R E.

A Delinquens licet potest fugere, ne capiat tur, & alius potest eius fugam iuuare, quando non prohibetur ex obligatione sui officij, vel ex qualitate delicti, vel alia de causa particulari. c. 17.n. 101. An vero liceat e carcere fugere, vide tit. carcer.

. Qui fuit in causa ut captiuus fugeret a Domino suo, tenetur restituere vel captiuum, vel



vel pretium , & ea omnia quæ captiuus fugiens, secum arripuit. num. 103.

Captiuus qui quis fugiens peccat. Christia-
nus verò captus tempore pacis , aut in bello
iniusto ab infidelibus, fugiendo ab eis ad suos,
non peccat , neque qui ei auxiliatur. Quod
si captus fuit in bello iusto , quamvis peccet
fugiendo, non tamen tenetur redire ad Do-
minum , neque restituere ei suam personam
propter periculum animæ, sed tantum tene-
tur restituere honestam redemptionem seu
mercedem. Si verò prouocaretur ad ritus
infidelitatis , neque peccat fugiendo, neque
ad villam tenetur restitutionem , quia ipso
iure fit omnino liber: neque etiam peccaret
qui iunaret, aut liberaret illum. num. 103.

Christianus ab alio Christiano iniuste ca-
ptus , & detentus , licite potest fugere : non
enim peccabit. ibidem.

Quod autem in genere dicitur de quoli-
bet captivo, qui fugiens à Domino suo pec-
cat, intelligendum est tam de emptito quam
seruo in bello iusto capto , etiam si sit Chri-
stianus. nam distinctio , quam facit Sotus
circa hoc , est suo marte inuenta, & à nullo
lurisconsulto probata : & Couarruias ex-
presse ait, peccare seruum fugientem à Do-
mino, si fugeret extra limites hostium , re-
decundo ad suos , etiam si Christianus esset

Y 4 ab

344 FVNVS. FVNAMB. FVR.
ab infidelibus captus. additum in Nou. cap.
17. num. 104. §. 3.

Sollicitans seruum ut fugiat, peccat, & à
fortiori peccabit ipse seruus fugiens: cum
regulariter plus delinquit faciens actum,
quam consulens illum. Additum ibidem de
fuga & carcere. vide tit. carcer.

FVNAMBVLVS. Peccat mortal. voli-
tans perfunes in altissimo loco, nisi sit ve-
locissimus. cap. 15. num. 8.

FVNVS, ET FVNERALE. Laici pos-
sunt statuere, ac ponere modum funerali-
bus: scilicet, ne fiant immoderati sumptus
cæræ, ac reliquæ pompæ: neque hoc est con-
tra libertatem Ecclesiasticam. cap. 27. num.
102. Vide etiam tit. excommunicatio. V. §.
4. in fin. vbi explicatur. cap. vlt. de rebus Ec-
clesiæ. vbi præcipitur ne laici statuant de fu-
neralibus.

Qui iniuste occidit hominem liberum,
tenetur soluere impensas moderatas func-
tis. cap. 15. num. 20.

FVR.

A FVR licite potest aliquando suspendi à
potestate publica. cap. 15. num. 2. & ali-
quando etiam ob furtum veniale ad cōser-
uandam disciplinam militarem, vel ad aliū
finem